

dum suum esse sympatheticum, quandoquidem nullum alium modum visionis mihi assignare possunt: quia ratio etiam multum manifestat se perfluitatem specierum sensibilium impressorum: vnde

confirms.

Confirmatur totus ille discursus: Sicut se habet voluntas ad suum obiectum seipsum inclinando ad illud, ita se habet intellectus ad suum obiectum illud ad se attrahendo: sed voluntas non fertur ad suum obiectum secundum suum esse reale, nec per species, sed per esse, quod voluntate intentionale, vnde dicatur voluntas prima causalium in intentione, quod certe esse intentionale nihil est aliud, quam esse sympatheticum, id est esse intentionale est secundum intentionem, & affectionem quantumdam, aut inclinationem naturalem, quia omnia comprehenduntur sub esse sympathico, ergo similitudo intellectus attingit suum obiectum, aut obiectum intellectus attinet suum intellectum, nam inter voluntatem, & intellectum hac est differentia, praeferita, quod voluntas se videatur magis actiu[m] habere ad suum obiectum; intellectus vero videatur se habere passiu[m]: aut uno verbo voluntas currit ad suum obiectum; at obiectum intellectus currit, & finit ad intellectum.

argum. in forma.

Ex quo formabatur argumentum maxime proportionatum: Sicut voluntas currit ad suum obiectum, sic obiectum intellectus currit ad intellectum: sed voluntas currit ad suum obiectum sine speciesbus, ergo & obiectum intellectus currit ad ipsum intellectum sine speciesbus: nec potest in hoc affiri disparitas; nam sicut obiectum intellectus deberet unius per species ipsi intellectui, cum illud obiectum attrahatur ab intellectu: ita voluntas deberet ferri ad suum obiectum per sui species, id est per species voluntatis deberet unum fieri ex obiecto voluntatis, & ipsa voluntate: sed de hoc nemo unquam somniauit. Nec dicas voluntatem mediata informari ipsis speciesbus, nempe speciesbus intelligibilibus; sic enim insto, dantur multæ actiones voluntatis, quæ sunt absque via cognitione, ideoque saltem tales actiones voluntatis non habebunt species, nequidem mediata. Secundo: Esto darentur species in intellectu, essent tamen diuersæ ab illis speciesbus, quas deberet habere voluntas; nam species, quæ essent in intellectu, essent species entis sub ratione veri, & intelligibilis; verum enim est obiectum intellectus, seu ens sub ratione veri, ut magis communiter dicuntur; bonum vero est obiectum voluntatis, quare species obiecti intellectus non possint satisfacere pro obiecto voluntatis.

Probatur secundo resolutio: Sine speciesbus intelligibilibus intellectus cognoscit res spiritales, ergo non sunt necessariae saltem ad omnem intellectu[m].

Respondent communiter nos cognoscere res spiritales per species rerum corporalium: sed fit instantia: Per illud non possumus cognoscere res spiritales, quod nullo modo representant res spiritales: sed species rerum materialium nullo modo representare possunt res spiritales, quia sunt diuersi ordinis, teneturque communiter in Theologia Angelum cognoscere se ipsum absque speciesbus, car ergo non alia a se?

Tertio: Si haberet species in se intellectus, *tertio,* illas cognoscet: sed hoc non, ergo neque prius.

Respondent illas cognoscere reflexè, sed certe nemo experitur in seipso se illas cognoscere siue reflexè, siue directè.

Denique si haberemus tales species, essemus *quarto.* in perpetua intellectu, quia tunc fit intellectio, quando intellectus est informatus species: sic visio fit secundum communem opinionem, quando potentia visiva est informata specie *co-*loris.

Respondent ad hoc debere applicari intellectum ad hanc speciem, ut fiat haec intellectio. Sed responsio nulla est, quia redit semper argumentum; nam tunc fit actio cognoscitiva, quando obiectum est uniuspotentia; at in illo statu per species intelligibiles obiecta essent unita potentij, ergo intellectus habens in se species intelligibiles est in perpetua intellectu illorum obiectorum, quorum habet species, at hoc est contra experientiam.

Itaque in potentij ordinatis obiectum praesentum posteriori potentia per actum prioris, sed sensus, & intellectus in homine sunt potentia ordinata: ergo per actum sensus obiectum praesentatur intellectui modo explicato in Clypeo tercio, responsione *ad septimum.*

Partitio III.

De intellectu agente.

Qua dici solent à Philosophis de intellectu agente, saltem secundum veriorem opinionem primo loco per quædam quæsta, & responsiones præmitimus: deinde quid probabilius tenendum sit in divisione manifestabimus.

Quarunt ergo primo Philosophi, an detur intellectus agens? & resoluunt communiter dari, probantque

Vbi datur patiens, ibi datur agens, sed in homine datur intellectus patiens, ergo & in homine datur intellectus agens.

Confirmatur: Nam ubi ponitur unum correlatum, ibi debet poni & aliud: sed agens, & patiens sunt correlata, ergo cum in homine ponatur intellectus patiens, debet quoque poni agens.

Secundo: Fit abstractio in nobis à conditionibus particularibus, per quam abstractio nsem cognoscimus uniuersalem, sed nulla potentia in nobis potest facere talen abstractiōnem nisi intellectus agens; non enim id potest facere intellectus patiens, quia patiens debet prius recipere rem uniuersalem, quam eam uniuersalem cognoscere, ergo debet supponi iam facta uniuersalis per aliquam potentiam præiuia, quæ alia esse non potest, nisi intellectus agens.

Tertio: Debet obiectum proportionari potentia, & obiectum materiale debet aliquo modo fieri spiritale, ut percipiatur ad intellectu, qui est potentia spiritalis; proportionatur autem per intellectum agentem; ad hoc enim præsertim datur intellectus agens: & haec sunt principales rationes, quibus astruitur intellectus agens; ad quas tamen respondebimus post resolutionem.

Qua.

Nom. II.
Secundum
communem
opinionem
divi-
tuus
intel-
ctus
agens
& probat-
primo.

Secundi.